# DECRETUM

***Palentina et Oxomensis, seu Ordinis Prædicatorum adprobationis immemorabilis cultus præstiti Servæ Dei Joannæ de Aza, Beatæ nuncupatæ.***

Ex processu terna quoque vice ad perpetuam Ordinaria Auctoritate bis in Diœcesi Palentina anno nimirum 1645, ac superiori 1827, et semel in Oxomensi Diœcesi eodem anno 1827 constructo cura et diligentia R. P. M. Vincentii Sopena, Generalis in Hispania Ordinis Prædicatorum Procuratoris, quum satis abunde constet ex publicis Ædiculis et Altare ædificatis sæculo XIV; ex Translatione Corporis solemniter facta circa medietatem, vel ad summum circa finem ejusdem sæculi, et Sepulchro elevato ante annum 1500; ex imaginibus pictis et sculptis cum notis, et signis Sanctitatis sæculo XIII; ex publicis Supplicationibus ad Ædiculam à remotissimis temporibus ordinatis; ex invocatione in Litaniis publicè peracta ab immemorabili usque ad præsens; ex Lampade et Luminibus accensis ante Sepulchrum; ex Titulo Sanctæ tam voce quàm scriptis tributo ab sæculo XIII; ex Ordinariorum tollerantia cultus publici et Ecclesiastici; ex Sacris Concionibus et Oblationibus in ejusdem honorem habitis, ac demum ex continuatione ab anno 1300 ad hæc usque nostra tempora fuisse *DEI SERVÆ JOANNÆ DE AZA*, Patriarchæ Dominici recensiti Ordinis Institutoris Matri, ab immemorabili ante Urbaniana Decreta tempore præstitum Cultum publicum Ecclesiasticum; cuperetque R. P. Fr. Joseph Maria Velzi, Sacri Palatii Apostolici Magister, Prædicatorum Or-

dinis Vicarius Generalis, nomine R. P. Fr. Joachim Briz, Magistri Generalis ejusdem Ordinis, hujusmodi Cultus confirmationem per hanc Sanctam Apostolicam Sedem declarari; comparatis omnibus ut supra ad hoc judicium necessariò requisitis, in Ordinario Sacrorum Rituum Cœtu ad Vaticanum sub infrascripta die coacto sequens proponendum curavit Dubium, nimirum: *An constet de Cultu immemorabili præstito BEATÆ JOANNÆ DE AZA, seu de casu excepto à Decretis San. mem. Urbani Papæ VIII?* Et Eminentissimi Patres Sacris Ritibus tuendis præpositi, audito prius voce et scriptis R. P. D. Virgilio Pescetelli Sanctæ Fidei Promotore, ac diligenti Responsione Procuratoris examinata, momentis hinc inde allatis sedulò diligenterque libratis, quum apprimè noscerent hujusmodi causam conferta ac redundanti probationum mensura pollere, ad relationem Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Julii Mariæ de Somalia, Episcopi Ostiensis et Veliterni Ponentis, eidemque Congregationi Præfecti, rescribendum censuerunt: *Affirmative*, die 27. Septembris 1828.

Relatione de præmissis facta Sanctissimo Domino nostro Leoni XII. Pont. Max. per me infrascriptum ejusdem Congregationis Secretarium, SANCTITAS SUA Sacræ Congregationis responsum adprobando declaravit: Causam prædictam versari inter casus exceptos à laudatis Urbani VIII. Decretis, ideoque JOANNAM DE AZA Beatam nuncupandam. Kalendis Octobris recensiti Anni 1828.

JULIUS M. *Card. Ep. Ostien. et Veliten. de Somalia S. Ecclesiæ Vice-Cancel., et S. R. C. Præfectus et Ponens.*

Loco ✠ Sigilli.

*J. G. Fatati S. R. C. Secretarius.*

7.ª Denuntiamus ex Decreto piissimi N. Regis Ferdinandi VII erectum fuisse Regale Collegium in Villa de Ocaña pro instructione juventutis Dominicanæ Familiæ ad Missiones in Philippinarum Insulis peragendas; quod insuper lubenti animo acceptamus.

Colleg. Missionum erectum in Villa de Ocaña.

Hactenus quæ denuncianda fuerant ex ordinatione Definitorii Capituli Generalis.

## COMMISSIONES.

1.ª Rogamus enixè Reverendissimum P. N. M. Vicarium Generalem, quod ex nomine cunctarum Provinciarum in Hispaniarum Ditionibus degentium humillimè instet apud Sanctam Sedem Apostolicam pro beatificatione æquipollenti Venerabilis Servi Dei Fr. Michaelis Gonzalez, qui cultum nunquam intermissum, scientibus et consentientibus Episcopis, apud Gallaicos, et finitimas urbes obtinet; et insuper pro beatificatione Venerabilis Manés vel Mamerti de Guzman et Aza, germani fratris SS. P. N. Dominici; quorum processus incunctanter fieri volumus.

Vener. Servi Gonzalez, et Manés.

## ADMONITIONES.

1.ª Felix esset noster Ordo, Fratres dilectissimi, si juxta pristinos suæ adolescentiæ annos, quando splendebat lucerna super caput ejus, et

universum orbem in sui admirationem pertrahebat, hujus omnes alumni virtuti colendæ ac promovendis studiis incumberent, nec suis legibus mores dissentirent. Sed heu! mutatus est color optimus: filia Regis antea circumornata monilibus, nunc cum indumentis tristitiæ sine antiquo nitore apparet. Verùm plurima, quæ non sine gravi doloris sensu recolimus, et temporum injuria, et nimia Superiorum indulgentia inducta sunt, quæ longe ab his felicibus exordiis recedunt. Quare ne cancer serpat, et in pernitiem vel ruinam totius Religionis veniat, imprimis nostros fratres admonitos volumus, ut præ oculis habeant ea omnia, quæ in nostris legibus observare tenentur. Interroget unusquisque se ipsum: *Ad quid venisti, et quomodo adimples, quæ in professione promisisti?* Quis non formidabit, si legibus comparat mores suos!

Nitor Ord. in sui exordio.

Decursu tempor. mutatus est color optimus.

2.ª Admonemus omnes Ordinis nostri Fratres, cujuscumque sint dignitatis, officii et gradus, ut ea, qua par est reverentia, Officium divinum persolvant: sic decet, et sic tam in constitutionibus quàm in multis Capitulis Generalibus statutum est; præsertim in Bononiensi 1706 ordinatione 1.ª, ubi sic legitur: *Quàm maximè Superiores attendant, ut fratres nostri Officium divinum tam diurnum quàm nocturnum ea, qua decet, devotione persolvant: tremendum altaris mysterium debita modestia, gravitate, et compositione pertractent: cuncta denique ad Dei*

Officium divin. devote persolvatur.

*cultum pertinentia eo zelo, ac spiritus fervore peragant, quibus non perfunctorie, et veluti pro more, sed in spiritu et veritate ea se facere testentur; eoque pacto Dei gratiam sibi concilient, et populis præbeant exemplar pietatis et Religionis. Quos verò compererint hæc tanti momenti exercitia negligenter ac forte* (quod absit) *irreverenter ac cum spectantium offensione peragere, eos sui officii permoneant; et, si opus fuerit, abstinere jubeant à Missæ celebratione, donec meliùs compositi, majori cum reverentia et ædificatione celebrare velint.* Huic ordinationi annectimus aliqua, quæ ad profectum animarum videntur expedire. Magnopere admonemus Patres Confessores negligentes, omissos, aut pigros ad sæcularium confessiones audiendas, ut præ oculis habeant, quæ in nostris legibus statuta sunt; præcipue verò in Capitulo Valentino 1647, et in Romano 1694, cujus admonitio 6.ª sequentis tenoris est. *Admonemus RR. PP. Provinciales, ut in visitatione Conventuum, quos ex Fratribus nostris repererint, qui peracto studio cursus Theologici, cùm litteris et moribus idonei sint, ad confessiones sæcularium audiendas, se examini subjicere recusaverint, eos, etiam per privationem vocis activæ et passivæ, ad examen subeundum compellant.*

Gravitas et compositio in tremendo Alt. mysterio.

Arceantur ab Altari, qui incompositè et festinè celebrant.

Superiores compel. fratres idon. ad examen pro confessionibus audiendis.

3.ª Ut fratres nostri, cujuscumque status, et gradus sint, in incessu, statu, habitu, et in omnibus motibus id solummodo agant, quod nostram deceat sanctitatem, nullatenus verò quod cujus-

quam offendat aspectum; admonemus, ne quisquam ex fratribus alia utatur veste quàm coloris albi, ut uniformitas et modestia nostra sit nota omnibus hominibus: quapropter in memoriam revocamus ordinationem 7 Capituli Romani 1694, ubi inter alia dicitur: *Mandamus Superioribus Provinciarum, et Congregationum, et Conventuum in virtute Spiritus Sancti, et sanctæ obedientiæ sub præcepto formali, ut si quos invenerint in vestitu, calceamentis, tonsura excedere, quique tunicas nimis apertas deferant....., eos pœnas omnes latas in ipsos incurrisse declarent, onerantes eorum conscientiam, si desides, aut conniventes fuerint.*

Vestitus interior semper albi coloris.

4.ª Admonemus, quòd ad eliminandos perniciosos abusus, qui in hac temporum turbulentia grassantur in maximum studiorum detrimentum, RR. PP. Provinciales, Priores et Regentes omni diligentia curent, maximoque vigore peragant, ut tam Lectores, quàm studentes sua munia perficiant absque aliqua dispensatione vel prætextu: memoresque sint Superiores, et Lectores eorum omnium, quæ sunt stabilita circa studium in Capitulis Generalibus, præsertim in Romano 1694, ubi ordinatione 4.ª strictè prohibetur Lectoribus egressus è suis Conventibus diebus scholæ, etiam prætextu invitandi ad theses apud nostros habendas. Quapropter injungimus RR. PP. Prioribus et Regentibus, ut posthabito quocumque prætextu concionis exteræ, aut

Commendatur studium, inhibendo Lectorib. egressum è Conventibus.

confessionum Monialium, vel cujuscumque alterius causæ, ad effectum perducant præfatam ordinationem, onerantes eorum conscientiam in diem Domini, si in hac adimpletione desides fuerint.

## SUFFRAGIA PRO VIVIS.

Pro SS. D. N. Gregorio XVI. et felici statu S. Rom. Ecclesiæ, quilibet Sacerdos unam Missam.

Pro Dilectissimo Rege N. Ferdinando VII, Augustissima ejus Conjuge, Serenissimis Prolibus, Regiaque Familia, quilibet Sacerdos unam Missam.

Pro Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Cardinali Zurla, Ordinis nostri Protectore. Q. S. U. M.

Pro Illustrissimo et Reverendissimo D. Fr. Joachimo Briz, Ex-Generali Ordinis nostri, ad Episcopatum Segoviensem assumpto. Q. S. U. M.

Pro bono totius Religionis, ejusque Capite Rmo. P. N. Vicario Generali, ac Sociis adsistentibus. Q. S. U. M.

Pro pace totius Orbis Christiani. Q. S. U. M.

Ubi PP. Sacerdotibus Missa, Fratribus Clericis Litaniæ Sanctorum, et Conversis decem Orationes Dominicales cum totidem salutationibus Angelicis injunguntur.

## SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS.

Pro anima SS. D. N. Pii P. VIII. quilibet Sacerdos unam Missam.

Pro animabus Catholici Regis Caroli IV. et ejus Augustissimæ Conjugis. Q. S. U. M.

Pro animabus Reginarum nostrar. fel. recordat. Mariæ Elisabeth de Bragantia, et Mariæ Josephæ Amaliæ de Saxonia. Q. S. U. M.

Pro anima Eminentissimi ac Reverendissimi Cardinalis de Somaglia, O. N. Protectoris. Q. S. U. M.

Pro anima Reverendissimi P. N. M. Vicarii Generalis Fr. Raymundi Guerrero. Q. S. U. M.

Pro animabus Fratrum et Sororum Ordinis nostri. Q. S. U. M.

Ubi Sacerdotibus Missa, Clericis Officium Defunctorum, Conversis tertia pars SSmi. Rosarii imponitur.

Universis et singulis Provinciarum Præsidentibus præcipimus in virtute Spiritus Sancti, S. Obedientiæ, et sub formali præcepto, ut hæc Acta, quum primùm ad eorum manus pervenerint, jubeant publicari, eorumque urgeant observantiam: volentes, quod exemplaribus sigillo Rmi. P. N. Vicarii Generalis munitis eadem ubique adhibeatur fides, quæ originali debetur. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Datis in hoc FF. Prædicatorum Cœnobio Cæsaraugustano die 18 Junii anni 1832.=*Fr. Franciscus Usagre*, Vicarius Generalis Ordinis.=*Fr. Ferdinandus Mena*, Provincialis Hispaniæ.=*Fr. Josephus Casaurran*, Prov. Arag. et Ex-Vic. Gen. Ord.=*Fr. Ildephonsus Arevalo*, Provincialis Beticæ.

*Fr. Joannes de Deo Pastor*,
Magister et Secretarius Capituli.

# APPENDIX.

SS. D. N. P. Gregorius XVI ad iteratas preces pientissimi Regis nostri Ferdinandi VII. expedivit seq. Breve: *In suprema*, dat. Romæ die 3. Aprilis vertentis anni, continens præinsertas ut supra declarationes. Sed quia tempore celebrationis Capituli nondum habebat *regium exequatur*, consultò omissum fuit in ejus Actis. Nunc verò hoc requisitum comitatur ei, ut ex testimonio infra posito constat.

# GREGORIUS P. P. XVI.

### AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

In suprema Pastoralis ministerii amplitudine, ac dignitate, meritis, licèt impares, ineffabili Divinæ Providentiæ consilio constituti, libenter profectò Summorum Principum postulatis, aures Nostras faciles præbere solemus, eorumque votis annuendum esse ducimus, cùm ipsi præsertim de re catholica optimè meriti, ea à Nobis exposcunt, quæ ad Religionis bonum pertinere cognoscimus. Itaque charissimus in Christo Filius Noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus egregia sanè virtute, eximiaque pietate præfulgens, et de Catholica Religione summopere meritus, pro singulari, qua Religiosos in Hispania Ordines vo-

Preces Regis Catholici.

luntate prosequitur, eorumque instituta veneratur, Nobis exponendum curavit, tum ex locorum longinquitate, tum ex temporum conditione, tum etiam ex præsenti cum primis Cœnobitarum statu plures, gravesque occurrere causas, quibus, vel præpediatur omnino, vel saltem minus opportunum, ac salutare dignoscatur, exequutioni committi nonnulla ex iis, quæ de Supremis Religiosarum Familiarum Moderatoribus eligendis per rec. mem. Pium VII Prædecessorem Nostrum in Apostolicis Litteris, quarum initium *Inter graviores*, sub plumbo expeditis, ac Idibus Maii anno MDCCCIV datis, præstituta fuere. Quamobrem laudatus idem Catholicus Rex à Nobis petiit, ut hujusmodi rei, pro majori ipsorum Religiosorum Ordinum bono, atque utilitate, auctoritate Nostra Apostolica, consultum esse velimus. Causæ Precum.

Nos igitur, rebus omnibus, quæ ad hoc pertinent negotium, maturo examine perpensis, ac temporum potissimùm ratione habita, probè noscentes, quantum hujus Apostolicæ Sedis intersit, Regularibus Ordinibus, quo meliori fas est modo, prospicere, quippe qui christianæ non solùm, sed civili vel ipsi Reipublicæ maximo ornamento, usui, et auxilio semper fuerunt, ac sunt, atque Catholici Regis desideriis, quantum in Domino possumus, annuere exoptantes, motu proprio, ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, atque mandamus, ut in Supremis Regularium Ordinum Moderatoribus eligendis, ea omnia serventur, quæ hisce Nostris Apostolicis Litteris, edicimus, atque decernimus. Utilitas Ordinum Regul.

Cùm itaque Supremus cujusque Regularis Ordinis Moderator, et Vicarius Generalis erunt eligendi, duo disjuncta, ac peculiaria habeantur Comitia, seu Capitula iis in regionibus, ubi ad sancitam alternæ residen- Duo Comitia gralia, eod. die.

tiæ legem, immorandum iisdem est ex muneris ratione. Ad hæc autem distincta Comitia illi suffragatores, seu Vocales conferre se debent, qui vel Supremo Moderatori, vel Vicario Generali erunt subjecti.

Alterna electio Mag. Ord. et ejus Vic. in Ital. et Hisp.

Hinc cùm apud Italos cogentur Comitia pro Supremo Moderatore eligendo, eodem tempore in Hispania erunt Comitia pro Vicario Generali adsciscendo, et vicissim Comitia in Italia habebuntur pro Vicarii Generalis electione, quando in Hispaniis Summus Ordinis Magister erit renuntiandus.

Locus Comitiorum constituendus ab utroque.

Litteræ convocatoriæ à solo Mag. Ord.

Constituto autem ab ipso Summo Ordinis Moderatore, et à Vicario Generali pro propriis cujusque subditis Comitiorum loco, litteræ de utrisque Comitiis in id loci, ac temporis indicendis, ac de suffragatorum convocatione, dandæ semper erunt à Summo dumtaxat Magistro, tum ad sibi subjectas familias, tum ad cæteros etiam Ordinis alumnos, qui Vicario Generali parent, easque ad Cœnobia sibi obnoxia Vicarius Generalis mittendas, circumferendasque diligenter curabit, quemadmodum et Supremus Moderator advigilabit, ut eas Cœnobia abs se procurata certo excipiant.

Scrutinium electionis mittend. ad Supr. Moderatorem.

Item postquam Vicarius Generalis rite fuerit renunciatus, acta ejusdem electionis ad Supremum Moderatorem mitti volumus, ut ab eo approbentur. Verùm ne ea Regularis Ordinis pars proprio sit destituta Rectore, donec Supremus Moderator sua auctoritate electum Vicarium confirmet, decernimus, atque mandamus, ut statim ac Vicarii Generalis electio legitimè atque ad præfinitas regulas peracta, cognita fuerit, ipse suum interim Magistratum ineat, ac proprio munere fungi incipiat, eique auctoritate Nostra Apostolica facultatem hujusmodi concedimus, et impertimur, cujus præsidio Provincias, quæ ejus regimini subsunt, regere, ac moderari liberè, et licitè possit, et valeat.

Vic. gralis. fulcitur facultatib. à S. Sede, donec recip. confirmat. à Mag. Ord.

Neque verò Supremus Regularis Ordinis Moderator ab electo Vicario Generali confirmando abstinere se poterit, quin primùm consilii sui causas, Supremo hujus Apostolicæ Sedis judicio exposuerit, multoque minus ejus in potestate erit, impedire, quóminus electus Vicarius suscepti muneris procurationem teneat, donec idem Vicarius à Summo Pontifice amoveatur.

Quis mortuo vel amoto Mag. aut ejus Vic. ante sexenn. in ejus loc. sufficiendus est.

Quod si vertente sexennio vel Supremus Regularis Ordinis Præfectus, vel Vicarius Generalis quacumque de causa defuerit, in eorum locum ille erit sufficiendus, qui ex Religiosæ Familiæ legibus ad ipsorum Vicariam, ac temporariam operam gerendam designatur.

Nec Magist. Ord. nec ejus Vicar. possunt reeligi seq. sexennio.

Denique eos, qui exacto sexennio vel Supremi Moderatoris, vel Vicarii Generalis munere perfuncti fuerint, iterum sexennio proximo insequenti, eádem dignitate honestari omnino vetamus, atque interdicimus, quod ex cujusque Religiosæ Familiæ lege, ut plurimum, cautum est.

Comitia gen. habebuntur in Hispan. et Ital. donec aliter disp. à S. Sede.

Quæ quidem omnia perfici, atque servari mandamus, donec aliter ab hac Apostolica Sede pro re, et tempore decernendum esse censeatur.

Inhibitio aliter judicandi.

Decernentes has præsentes Litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et illis, ad quos spectat, atque in tempore spectabit, plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, Sedis Apostolicæ Nuntios, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus commemorata fel. rec. Pii VII Præ-

Derogatio eorum, quæ superius contentis adversantur.

decessoris Nostri constitutione, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et ordinationibus, quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum præcipimus, atque mandamus ut reliqua omnia, quæ in commemorata rec. mem. Pii VII Prædecessoris Nostri Constitutione continentur, et quibus per hasce Nostras Litteras non derogavimus, pleno in suo robore maneant, et integrè, inviolateque serventur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die III. Aprilis MDCCCXXXII. Pontificatus Nostri anno secundo.

*Pro Domino Cardin. Albano*, *A. Picchioni*, Substitutus.

Loco ✠ annuli Piscatoris.

*D. Pedro Sabau y Larroya, Doctor en Leyes....., Oficial mayor de la Real Secretaría de la Interpretacion de Lenguas, y en calidad de tal habilitado por Real orden para su despacho, certifico: Que la antecedente copia latina es conforme con el Breve original que, de acuerdo del Real y Supremo Consejo de Castilla, fue remitido á esta dicha Secretaría para su traduccion. Madrid 5 de julio de 1832.=Pedro Sabau y Larroya.=Con rúbrica.=De Oficio.=Registrado fol. 44, núm. 180, año de 1832.*

394 (46.851)



# *PLAN GENERAL*

y noticia previa

DE LAS REALES FIESTAS

con que

LA M. N. Y L. CIUDAD

DE S. CHRISTOVAL DE LA LAGUNA

CAPITAL DE LA ISLA

DE TENERIFE

*va á solemnizar en el presente mes de Agosto*

*LA AUGUSTA PROCLAMACION*

*DE SU MUY AMADO MONARCA*

# EL SEÑOR DON CARLOS IV.

QUE DIOS GUARDE

CON LICENCIA, EN LA LAGUNA.

Por Miguel Angel Bazzanti, Impresor de la Real Sociedad Año de M. DCC. LXXXIX.

UNIVERSIDAD DE LA LAGUNA
BIBLIOTECA
ISLAS CANARIAS

## DIA 25.

EN este dia se harán tres salvas con la artilleria del M. Y. Ayuntamiento, colocada sobre el risco de S. Roque, por la mañana, al medio dia, y á la tarde, en obsequio del Augusto Nombre de nuestra Soberana; y con el mismo objeto pasará el dicho Cuerpo Capitular por la mañana á la Parroquia de los Remedios á celebrar la funcion de accion de gracias que le ha ordenado el Rey nuestro Señor por el feliz parto de nuestra Católica Reyna; la qual se verificará con procesion de S. M. Sacramentado, *Te Deum*, y Misa, con música y el mas decente aparato que sea dable. En este, y los siguientes dias, las campanas de todos los Templos anunciarán los públicos regocijos con repiques, al salir el Sol; y los repetirán al medio dia, y á la noche al tiempo de la iluminacion general de la Ciudad: en la qual se procurará que se distingan las Casas Consistoriales.

Por la tarde paseará la Carrera el Carro y comparsa del Gremio de Labradores; todo guarnecido de tropa, que abrira camino y hará observar el buen órden. Delante irá la Ciudad á caballo representada por una Noble Matro-

na, con el Pendon de sus armas, y escoltada de Labradores: seguiranle diez y seis Nereydas que harán un vistoso bayle con su música, delante del Carro. Este representará la Isla de Tenerife sobre el Oceano, tirada por quatro caballos marinos, cuyas riendas llevará Neptuno montado en un Delfin: encima del Pico de Teyde se verá dentro de una nube el Real Retrato de S. M., y en las faldas del Pico irá sentado el Gran Tinerfe, Rey universal que fue de esta Isla: sobre nueve montañetas de ella irán sentados los nueve hijos legítimos de este Gran Mencey, que entre sí dividieron el Reyno; y en la punta que formará la Isla irá el Hidalgo pobre, hijo bastardo de Tinerfe. Circunrodearán el Carro veinte y quatro Faunos, con instrumentos de Agricultura; y cerrará esta comparsa el Adelantado D. Alonso de Lugo á caballo, llevando el Real Estandarte con las armas de Castilla y Leon, y acompañado de Labradores.

Primeramente en la Plaza del Adelantado, luego en la de la Concepcion, y despues en la de los Remedios, se representará un Drama, en que el Gran Tinerfe se quexa á sus hijos de la division que hicieron del Reyno, y les promete perdonarles este atentado, si le ofrecen rendir sus Dominios á un Excelso Monarca nombrado CARLOS IV. que él ha soñado dominará en España, y hará Afortunadas estas Islas: ellos

pro-

prometen y juran la obediencia y fidelidad á este Benéfico Soberano futuro; y el Gran Tinerfe lo proclama, segun el rito y ceremonias con que lo egecutaban los Guanches. La Ciudad, acepta el ofrecimiento de los Menceyes, y jura la obediencia de toda la Isla: el Adelantado toma posecion de ella, á nombre de los Señores Reyes Católicos: y todos explicarán su júbilo con repetidos vívas.

Por la noche pasearán la misma Carrera algunas Danzas de diversas ideas campestres, que harán los Labradores de los Pueblos circunvecinos: á cuyo festejo, acompañarán cien Aldeanos vestidos de librea con hachas de viento. Y la misma iluminacion se observará en las noches subseqüentes.

## *DIA* 26.

LA mañana de este dia estará ocupada con la entrada y formacion de los Regimientos Provinciales, que han de cubrir las tres plazas principales, y hacer sus descargas á los tres actos de la Real Proclamacion, segun antigua costumbre.

Por la tarde, congregado el M. Y. Ayuntamiento de esta Isla en sus Casas Capitulares, se verificará en sus balcones el primer acto solemne de la Real Proclamacion, y se manifestarán al Pueblo los Reales Retratos del

Rey

Rey y Reyna nuestros Señores. Concluida ésta plausible ceremonia, montará á caballo el Y. Ayuntamiento, y procederá á la segunda proclamacion, marchando por la calle real de S. Agustin, á verificar este acto en la Plaza de la Concepcion, sobre un castillo que estará construido para este efecto. De alli seguirá este Noble Cuerpo por la calle de la Carrera á la Plaza de los Remedios, en donde se practicará el tercer acto de la Real Proclamacion sobre otro castillo; como que estos son las Casas fuertes de la Fidelidad. Proseguirá por la dicha calle el Y. Cabildo hasta sus Casas Consistoriales, á donde se depositará el Real Pendon con qué se conquistó esta Isla, que sirve para esta Augusta ceremonia. Todas las casas de la Carrera, estarán colgadas y adornadas sus fachadas, como dicte el gusto y propension de sus habitadores: y las referidas Plazas estarán decoradas con tres arcos triunfales, uno del Amor, otro de la Lealtad, y otro del Honor, con los Reales Bustos de nuestros Gloriosos Soberanos. En la misma tarde, el Y. Ayuntamiento acompañado de la Nobleza, y con toda la magníficencia posible conducirá los Reales Retratos á la Parroquia de los Remedios, en donde serán recibidos por el Clero, con música é iluminacion; y se colocarán bajo de un dosel, con sillas y sitial en qué estarán las Reales Insignias de Corona y Cetro. La artille-

ria de S. Roque hará quatro salvas, al tiempo de las tres proclamaciones, y al de salir los Reales Retratos de las Casas Consistoriales: y las Campanas de todos los Templos corresponderán con repiques generales. Regresado el Y. Ayuntamiento con la Nobleza, á su Salon, se servirá un expléndido refresco, y en su antesala se tendrá un concierto de música.

En la noche, bailará por la Carrera una Danza de las Islas Canarias (compuesta de Milicianos del Regimiento de ésta Capital) presidida del Dios Oceano, que llevará un Víctor á honor de nuestros Soberanos; y le acompañarán seis Ninfas Oceanias con instrumentos músicos. Canaria, será representada por Vesta: Tenerife, por Palas: la Palma, por Latona: Fuerteventura, por la Fortuna: Lanzarote, por Ceres: la Gomera, por Diana: el Hierro, por Vulcano: la Alegranza, por una Nereyda: Lobos, por un Triton: la Graciosa, por una de las Gracias: Montaña Clara, por una Napéa: y el Roque del Este, por un Sátyro: y todas llevarán su signo peculiar que las distinga. Terminado su paseo en la Plaza del Adelantado, fixarán el Victor en las Casas del Y. Ayuntamiento, con una descarga de la tropa de Milicias que les hará Escolta,

## DIA 27.

POr la mañana se congregará el M. Y. Ayuntamiento en su Salon Consistorial, y de alli pasará con el Real Pendon á la Parroquia de Nuestra Señora de los Remedios, para celebrar la funcion de accion de gracias por la feliz exaltacion de S. M. al Trono; con procesion del Santisimo Sacramento, *Te Deum*, Misa solemne, y Oracion panegírica. El Templo estará adornado con el esmero y riqueza que estan disponiendo sus Venerables Beneficiados; y en los once altares de plata labrada que se verán en sus naves colaterales, estarán colocados once Santos, parientes de nuestros Augustos Soberanos. Concluida la funcion, restituirá el Y. Ayuntamiento el Real Pendon á su Casa Capitular, con el lucido acompañamiento que en tales ocasiones ha sido práctica.

Por la tarde paseará la Carrera el Carro y comparsa de los Gremios que pertenecen á la Metalúrgia, Architectura, y Phlebotomia, en el orden siguiente. El trozo primero de los Sangradores principiará por las quatro estaciones del año con sus vanderas en que llevarán los signos del zodiaco en qué entra cada una: seguirá la música, y una danza de Cupidos: luego la Serpiente Python asistida de ocho jugadores pythicos; y cerrará esta division Chyron Centauro, con catorce estrellas que le acompañarán. El trozo segundo de Carpin-

teros, Fragueros, Toneleros, y Pedreros, será presidido por quatro figuras que representen estos Oficios, con vanderas, en que llevarán pintados sus principales instrumentos: seguirá Anfion, tocando su cítara; y á este diez y seis figuras de árboles, piedras, y rios: luego se verá Atlante, con sus siete hijas las Pleyades, que harán una danza al derredor de un tonel adornado de flores y yedra: tres Matronas Griegas representarán el Número, el Peso, y la Medida; y cerrará esta division Cybeles, acompañada de catorce Corybantos. Al tercer trozo de Plateros y Latoneros, presidirá Vulcano, con dos Cyclopes que llevarán vanderas rojas, y en ellas empresas y motes correspondientes á estos oficios: Orfeo, hará música á una Danza que seguirá, de las nueve Musas: y Venus, asistida de doce Céfiros esparciendo rosas, irá delante del Carro del Sol. En el testero de este se verá debajo de un pabellon el Real Retrato de nuestro Monarca circundado de rayos: á su pie, el Valor, y la Justicia; al derredor volarán páxaros canarios; y se percebirán fragancias. y armonias: enfrente del Rey, irá sentada la Sacerdotiza Pythia, que vaticinará con furor poético en las tres Plazas las felicidades que anuncia éste Real Planeta. El Carro será tirado por los caballos Pyrois, Eous, Flegon, y Etonte; las doce horas irán á sus lados: y la tropa guarnecerá toda esta comparsa.

Por la noche, (concluido este Festejo) saldrá el Y. Ayuntamiento de su Salon, con el acompañamiento de la Nobleza, y se dirigirá á la Parroquia de los Remedios á buscar los Reales Retratos; de donde los conducirán á las Casas Capitulares, con la mayor pompa posible, la Escolta competente, música, repiques, é iluminacion de cien hachas de cera: y los dexarán colocados bajo del suntuoso dosel que se halla en dicho Salon Capitular. En esta noche, habrá refresco, y sarao, en casa del Caballero Regidor D. Juan de Castro, qne hace de Alferez Mayor, por ausencia del propietario.

## DIA 28.

EN la tarde y noche de este dia, executarán los Gremios de Obra prima, de Herreros, y Herradores, en las tres plazas, y calles de la Carrera, las Danzas de las quatro partes del mundo, que están disponiendo con su Carro. Marchará delante la tropa, despejando la calle; seguirá la orquestra; y luego la danza de la Antorcha, que corresponde á la Europa: la de Indios, que pertenece á la América: la de Monteriones, que corresponde al Asia; y la de Matachines, que pertenece al Africa, y se bailará al derredor de un Drago. Detras, irá el Carro, con quatro Matronas que representen estas quatro Partes: y un Español, un

In-

Indio, un Chino, y un Etiope, tocando instrumentos músicos de sus Paises: en el testero se verá el Real Retrato de S. M. bajo de un pabellon, cuyas cortinas recogerán dos antiguos Españoles; y un Leon, un Caballo, un Elefante, y un Dromedario tirarán del Carro: al que hará escolta una compañia de Guardias de Corps. Las quatro Partes del Mundo recitarán elogios poéticos á nuestros Amados Soberanos, en las Plazas y calles, en que hagan sus bayles las Danzas: los quales terminarán con repetidos Vivas, y descargas de la Fusileria que les escoltará.

## *DIA* 29.

EN la tarde de este dia, se representará con unas Embarcaciones en las tres plazas principales, (á expensas del Y. Ayuntamiento) el segundo desembarco en esta Isla de los Españoles Conquistadores, y la batalla dada en la Vega de esta Ciudad, que fue la primera campal en que quedó victorioso de los Guanches el Real Pendon de los Señores Reyes Católicos, que se levanta en esta Augusta Proclamacion. La composicion dramática, que se representará se reduce, en el primer acto, al desembarco de los Españoles; (vestidos en el propio trage de aquel tiempo) exortacion á la Conquista, que hace el Adelantado D. Alonso Fernandez de Lugo;

go; contextacion de los Conquistadores; noticias que dan del País las espias; y marcha del Exército á la Laguna; el segundo acto consta de las disposiciones que da el Mencey de Taoro para atacar con sus Guanches á los Europeos; vistas de ambos Exércitos; embajadas; batalla; y victoriosa retirada de los Españoles al Puerto de Santa-Cruz: en el tercer acto, el General Adelantado da gracias al Ser Supremo, y elogia el valor de los Conquistadores; refieren estos, varios sucesos de la campaña; y ultimamente se manda conservar el Glorioso Estandarte de esta funcion, para executar con él las Proclamaciones de los Soberanos Católicos.

En el paseo por las calles de la Carrera formarán la comparsa las tropas Guanchinesas, presididas de sus cinco Menceyes, danzando y saltando con sus lanzas, delante de las Embarcaciones: en estas irá la música militar: y el todo será escoltado por las Milicias.

A la noche al tiempo de la iluminacion, las quadrillas de Guanches, con sus Menceyes detrás, y delante la música que usaban, pasearán la Carrera, haciendo en las tres plazas, la Danza de las Fuerzas de Hércules, con el bayle Canario.

DIA

*DIA* 30.

POr la tarde se figurará en las tres plazas con las referidas Embarcaciones (tambien á costa del Y. Ayuntamiento) la invasion de la Esquadra Inglesa del Almirante Genings, en la guerra de sucesion, y la gloriosa defensa del Puerto de Santa-Cruz: para cuyo efecto, se verá en dichas plazas el Castillo principal de S. Christoval, coronado de tropa, y de los mas distinguidos defensores de la Patria; y en el centro estará bajo de un vistoso pabellon el Real Retrato del Señor Rey D. Felipe V. Luego que la Esquadra llegue á la plaza del Adelantado (que es á donde se comienzan los Regocijos públicos) se representará en el Castillo un Coloquio dramático, intitulado *la Lealtad de Tenerife*: los Interlocutores son los Gefes y Patricios que mas se señalaron en esta honrosa funcion; y por ellos se describe todo el suceso: se dará el combate; y vendrá al Castillo un Oficial Inglés, con las propuestas de su Almirante: se despreciarán estas, y continuará el fuego hasta hacer retirar las Naves: á este tiempo se verá en lo alto del Castillo la Lealtad, que coronará con laureles á los Interlocutores; cuyas guirnaldas arrojarán estos inmediatamente acia el arco triunfal en que estarán los Reales Bustos de nuestros Católicos Soberanos, que felizmente reynan.

Par

Para seguir á repetir ésta funcion en las otras plazas, se formará la comparsa delante de las Embarcaciones, marchando en columna todos los defensores de la Patria; llevando á la vanguardia la música marcial, y á la retaguardia la Lealtad.

Para concluir estos solemnes regocijos, saldrán juntos por la noche los tres Carros de los referidos Gremios, con sus respectivas Danzas: y colocados en ellos los Reales Retratos de nuestro Glorioso Monarca, de nuestra Augusta Reyna, y del Serenisimo Príncipe de Asturias, discurrirán por toda la Carrera, expresando el amor y fidelidad de los Moradores de esta Isla á estas Reales Personas, en repetidos VIVAS, Loas, y Aclamaciones.